



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCII.

Parisiis, 1644

XII. De clericis excommunicatis, quamdiu eis asserere liceat innocentiam suam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

ANNO
CHRISTI
598.

* Eccle-
siaz suæ
commu-
nionem de-
bere esse
conten-
tos.

repente forsitan ortæ fuerint , nisi rationem im-
pedimenti sui apud suum primatem reddide-
rint , * ab ecclesiæ communionem debere esse con-
temptos.

XI.

Item confirmatum est , vt si quando presbyte-
ri vel diaconi in aliqua grauiori culpa conuicti fue-
rint , qua eos a ministerio necesse fuerit remoueri,
non eis manus , tamquam pœnitentibus , vel tam-
quam fidelibus laicis , imponatur , neque vnquam
permittendum , vt rebaptizati , ad clericatus gra-
dum promoueantur.

Dist. 50. Cõ-
firmandum
est.

XII.

Rursus constitutum est , vt quoties clericis con-
uictis & confessis in aliquo crimine , vel propter
eorum , quorum verecundiæ parcitur , vel pro-
pter ecclesiæ opprobrium , aut insolentem insulta-
tionem hæreticorum atque gentilium , si forte cau-
sæ suæ adesse voluerint , & innocentiam suam asse-
rere , intra annum excommunicationis hoc fa-
ciant . Si vero intra annum causam suam purgare
contempserint , nulla eorum vox postea penitus
audiatur.

Cod. Can.
27.
Conc. Afr.
c. 46. 11. q. 3.
Rursus con-
stitutum est.

XIII.

Item placuit , vt si quis de alterius monasterio
repertum , vel ad clericatum promouere voluerit
vel in suo monasterio maiorem monasterii consti-
tuere ; episcopus qui hoc fecerit , a ceterorum
communione seiunctus , suæ tantum plebis com-
munionem contentus sit : & ille neque clericus , ne-
que præpositus perseueret.

Conc. Afr.
c. 47.
Dist. 58. Si
quis de al-
terius.